



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

66 Solemnitas, & forma substantialis sunt juris publici.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

num. 14. & 15. quem sequitur Abb. in cap. 1. num. 5. de transact. cons. 62. num. 4. vers. nec aliud, & vers. item Papa part. 1. Gomez. in compend. utr. signat. s. postremo quo, ver. & etiam si Papa, Scaphil. in tractat. de commiss. & lit. just. s. in primis, num. 25. & 26. & Rebuff. form. mandat. Apostol. in gloss. sub ver. juramento, vers. aliquando vidi pag. mihi 340.

65 Constitutio ꝑ ambitiosè, de reb. eccl. non alien. quæ in litteris, si in evidentem, regulariter inseritur, importat formam, ut expressis verbis in eisdem litteris legitur nempe servata forma ejusdem constitutionis, & cum non tractetur de solo rectoris, & conductoris, sed principaliter de ecclesia, & successorum præjudicio, etiam si rector, & conductor decreto, seu sententia, consensum præbeant, hujusmodi consensus, ubi de præjudicio tertij etiam agatur contra formam traditam, nihil penitus operatur. Bart. in l. de his, num. 3. ff. de transact. Bart. in cap. prudentiam, in principio vers. 2. partium consensus, de offic. deleg. Bald. in quest. de schis, num. 21. ver. prædictis quoque accedat, & post Imol. & alios, Felyn. in cap. cum dilecta, num. 6. ver. amplius quinto, de rescript.

66 Quia ꝑ omnis solemnitas, & substantialis forma est juris publici cui privatorum pactis derogari non potest, gloss. 1. in cap. si diligenti, de for. comp. l. neque pignus ff. de reg. jur. l. 2. ff. de testam. & l. nemo potest, ff. de leg. 1.

67 Animadvertere ꝑ præterea debent ecclesiarum Prælati, ne carnalitates, aut alio humanæ passionis affectu, ad bona feudalia, vel emphiteutica ecclesijs devoluta, sine evidenti ecclesiæ utilitate, 70

alienanda moveantur. Si enim in consanguineos, vel affines alienant, sæpe præsumitur alienatio in fraudem, & Ecclesiæ damnum facta, ut per Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 29. num. 1. & 2. Rot. ut per Cæl. de Grass. decis. 135. alias 4. num. 24. & d. vers. decis. 65. num. 18. decis. 720. num. 1. par. 1 & Borg. Cavalc. decis. 45. alias 16. num. 49. etiam pag. 1. Sed devolutione secuta, aut Prælati debet illa bona pro sua ecclesia retinere, vel adhibitis solemnitatibus à jure requisitis, illa de novo emphiteuticare, vel infeudare.

68 In qualibet enim ꝑ bonorum ecclesiasticorum alienatione, præter alia, pro solemnitate tres tractatus requiruntur: si enim bona sunt ecclesiæ cathedralis, vel collegiata, fieri debet tractatus cum illius ecclesiæ capitulo, cap. Abbatibus, 12. q. 2. cap. cum Apostolica, s. pæn. & cap. seq. de ijs qua snt, à prælat. gloss. in cap. 1. in ver. defensore, de reb. eccl. non alien. in 6. & Alexand. cons. 9. num. 1. lib. 3. Si verò ecclesia non habet capitulum, ante celebrationem instrumenti fieri debent tractatus coram Episcopo, ut per Rom. cons. 36. num. 2. Covar. variar. resol. cap. 17. num. 1. lib. 2. Natt. cons. 441. num. 7. & 8. volum. 2. Bogn. dicta decis. 45. num. 18.

69 Requiritur ꝑ etiam beneplacitum Sedis Apostolicæ, ut in eadem constit. ambigua in extravag. com. de reb. eccl. non alienan. alias, sine Pontificis auctoritate, sunt nullæ, ut optimè ad contraria respondendo, tenet Navar. de alienan. rer. eccl. num. 14. ver. & in casu nostro tom. 2.

Etiam, si contractus ꝑ contra hujusmodi